eas insidias quas famuli Ducis contra ipsum tractabant ignoraret,
ante omnia verò petijt ne itinera persuaderentur Sammaria, cete=
rum se de studijs satis edentam esse reliqua non curare modo saltim
pietatem curaret et hec omnia longa verborum serie contexta dixit cui
Monurus suam spopondit fidem se hec omnia observaturum orare
tamen ut Celinagum arctiori familiaritate sibi coniungerem et curare
interdiu et quotidie ipsam accederet. Sic egit Illuminatus et Sam=
maria parentis dicta renuntiavit. Clandestinis tamen adhuc dux
insidijs augere studuit Monuri crimina apud Romane Ecclesie Vica=
rium, interim tamen quomodo eum domo expelleret et captioni tra=
dere posset nullam occasionem habebat in promptu. Cepit eum in
finem torvo intuitu torrere saepius Monurum, sensim non amplius
(ut consuetum erat) ad se vocare ut ita agnosceret iram Ducis erga se
illuminatus eamque agnoscens ab ipso discederet, praeterea ut aulici
nonnulli deludibrio interdum eum haberent hortatus ad similiter alios
qui eum viderent irrumpit. Quae res opportune ei successit, erat enim
iam solus Illuminatus neque qui ei succurrere posset aderat, diu enim
Ecclesiastus abfuerat, ex solitudo patientiam exuperat Monuri et Auli=
corum Celonumque fecit nequitie, Cum vero his nihil adhuc terrere=
tur Illuminatus ad deteriora perrexerit Dux plane destitit fere convo=
care ad cubiculum Monurum, post longum tempus convocavit eum et
duriter satis excepit, et minis etiam obiurgavit. Cum etiam neque hic videret
Illuminatum discedendi licentiam petere Ducem consanguineum adiit
ut eum ad se convocaret et ipsum truculentius minitaretur, Actum ita
et dixit Dux ille Illuminato nisi ab ea discederet domo futurum ut
filceretur et hoc certissimum esse, respondit Illuminatus se nihil tale mereri
se. Sed Deum ista permittere non minus quam homines facere, precatur
ergo postulaturum ne hoc permittatur. Narrata fuere haec omnia Celinu=
go qui etiam alias quotidie patiebatur à suimet aulicis iniurias, ut
in contemptum familie eum venisse videretur, tantum poterant apud
Ducem pravi susurrones et nebulones, in ut tamen aliquantisper Male=
gus filium quoque solabatur nonnunquam; sed neque haec mala tanta fuere
ut animos à discendi consuetudine plane avellere potuerint, valedicendo
enim scribere et legere aliudve boni agere non dimissus. Ad orationes et
veluti opportuna magis remedia accursum, et sanctis viris res et consilia mea
commendata, sequebantur quoque sacrum pro lyngorum liberatione à tot iniurijs
sacerdotes indies celebrare, et nulli bono operi parcebatur. His temporibus Ecly=
satus interamnij manebat suis operam dans curis. Tordigradus nobis iam non=
do Fabriani manebat cum extra ipsi non liceret ne caperetur.